



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**In Vaticinia Isaiae, Prophetæ Clarissimi, Paraphrasis,
Heroico carmine conscripta**

Carpenteius, Joannes

Antverpiæ, 1588

Cap. 55.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68688](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68688)

¹³ Felix prole bona, iustisq; beata colonis,
Qui pacem verumque colent, qui scita Tonantis
Eloquiumq; Dei mites docilesq; sequentur.

¹⁴ Ergo procul diro virosa calumnia dente,
Attonitus procul esto pauor, securaq; crede
Cuncta tibi; nam quid Domino custode pauceres?
En tua finitima complent pomæria gentes,
Communiq; tuis cum ciuibus vrbe foroq;
Iure eodemq; frui, magno pro munere ducunt.

¹⁵ Ecce peregrinis procul hinc ignotus ab oris
Aduena dat iunctas in mutua fœdera dexteras.
Quem porro metuis? quis te timor vsque fatigat?

¹⁶ Parce metu, nullum ille doli fraudisq; repertor
Antiquæ, nullum ille faber structorq; malorum,
Sit licet ignipotens, & vastæ rupis in antro,
Peruigili stygios exerceat arte caminos,
Irrita ventosis incendia folliibus vrgens,
Ius in te virtute mea superatus habebit.

Illum ego, quod nostri sceptris inhiaret Olympi,
Et nulli, mihi non ipsi concedere vellet
Regnatori hominum moderatoriq; deorum,
Corruptum tortis à vertice crinibus, alto
Præcipitem cælo tenebrosa in tartara misi:
Hic ubi quanquam operi studiis vrgentibus instet,
Nuncq; alias, nunc atque alias super aduocet artes,
Mille nocendi artes, cæpti tamen irritus ibit.

¹⁷ Nec tibi quæ vastis incudibus arma refingit,
Noxia erunt, siue illa palàm fera fata minentur,
Seu tectam succis lethalibus oblita pestem.
Tu linguas bifidas, tu sibilæ vana refelles.
Tu, quocunque agites causam sub iudice, vinces.
Hæc est seruorum merces æterna meorum;
Hæc (ait omnipotens Deus) à me præmia iusti
Digna ferent homines, nec me sententia vertet.

¹⁸ Vos ergo, quos ægra sitis, quos vrit anhelus
Ardor in sitia, veraq; cupido salutis,
Ne mihi, ne pigris putres haurite liquores
De lacubus, plenos purosque accedite fontes,
Quæq; cadit venis illimi dulcibus vnda,
Prolute os, explete sitim, largèque bibendo,
Exhilarate animos: nec opus sitientibus auro
Argentò-ve, patet ditiq; inopi, taberna:
Parcite barbaricis inscripta numismata signis,

f. 3

Aut.

¹³ Vniuersos filios
tuos doctos à Domi-
no: & multitudinem
paci filijs tuis.

¹⁴ Et in iustitia fun-
daberis: recede procul
à calumnia, quia non
timebis: & à pauore,
quia non appropin-
quabit tibi.

¹⁵ Ecce, accola ve-
niet, qui non erat me-
cum, aduena quondã
tuus adiungeretur tibi.

¹⁶ Ecce, ego creau
fabrum sufflantem in
igne prunas, & profe-
ferentem vas in opus
suum, & ego creau
interfectorem ad dil-
pendendum.

¹⁷ Omne vas quod
fictum est contra te,
non dirigitur: & om-
nem linguam resisten-
tem tibi in iudicio,
iudicabis. Hæc est he-
reditas seruorum Do-
mini, & iustitia coru
apud me, dicit Domi-
nus.

Cap. 55.

¹ Omnes sitientes ve-
nite ad aquas: & qui
non habetis argentu,
properate, emite &
comedite: venite, emi-
te absque argento &
absque vlla commu-
tatione vinum & lac.

Periphrasis
diaboli, quem
creauit Deus:
malum non
necessitate
naturæ, sed
inuentis arbi-
trio.

Vasa diaboli,
mali homi-
nes & hæreti-
ci omnes.

Cap. 55.

Sic Iesus Ioã.
cap. 7. clamat
Si quis sitit,
veniat ad me
& bibat, &c.

Aut permutandas vobis conquirere merces:

Hic vinum, lac hic potare licebit inemptum,

Tantum huc, ô properate viri, puerique senesq;

Nemo omni è numero mihi non saturatus abibit,

Propria quisque suo inueniens alimenta palato.

¹ Quare appenditis
argentum non in pa-
nibus, & laborem ve-
strum non in saturi-
tate? Audite audientes
me, & comedite bo-
num, & delectabitur
in crassitudine ani-
ma vestra.

² *Quid frustra pretium numerato penditis. are?*

Quò tot peruigiles cura, durique labores?

Vt reparanda nouo momenta per omnia victu,

Nec satiata unquam, verùm esurientia semper

Corpora pascatis? non solum (credite) tosto

Farre repletur homo, succo-ve liquentis oliui;

Sed verbo, quod ab ore Dei demanat ad imos

Pectoris arcani sensus, vinumque calorem

Intus alit, motuq; suo conseruat, & auget;

Hoc animos, auidosque sinus explete, famemque

Pascite ieiunam; praesto est, nullog; labore

Queritur, attentas dictis aduertite tantum

Veridicis aures, vatunq; haud dura meorum

Imperia, & monitus assuescite ferre salubres.

Hoc erit in dulcem vobis plus nectare pastum,

Ambrosiaq;: nihil conditae melle placenta,

Nil collatus adeps sapiet, pinguisque ferina:

Delicias stomacho male marcescente potestis

Fastidire meas? properate, venite frequentes:

En rursus moneo, rursusque monebo, venite;

Viuere si mecum dulce est, si funera nunquam

Dira pati, vera est & paucis nota voluptas.

³ Inclinate aurē ve-
strā, & venite ad me:
audite, & viuet anima
vestra, & feriam vo-
biscum pactum sem-
piternum, misericor-
dias Dauid fideles.

Tum demum nostrius inuiolabile pacti

Firmum erit, & vires renouato fœdere sumet,

His ictum nostro quondam cum Dauide verbis:

Dum face perpetua currentia secula Titan

Deducet, terrisq; hyemes, aestusque vicissim

Verq; dabit, fratris dum lumine Luna micabit,

Dum mare, dum tellus, dum picti sidera cœli

Constabunt, mansura tibi mea fœdera scito.

⁴ Ecce testem popu-
lis dedi eum, ducē ac
praeceptorem Genti-
bus.

⁴ *Ecce ego te legi qui testis idoneus esses,*

Interpresq; meae fidei, populiq; remotis

Testarere nouam solenni pignore pacem.

Te latè regem, moderatorēque, ducemq;

Gentibus esse dedi, fluctu quascunque sonante

Circuit Oceanus: Tu regna ignota, proculq;

Disita, tu terras non isto sole calentes,

Immensa Rex aeternus ditioe tenebis.

⁵ Ecce gentem quam
nesciebas, vocabis: &
gentes quæ te non
cognouerunt, ad te
current propter Do-
m-num Deum tuū, &
sanctum Israël: quia
glorificauit te.

Istud partim
hic impletur,
plenissimē ve-
rò in vita fu-
tura.

En

Sic supra 12.
cap. Quibus
nō est narra-
tum de ea, vi-
derunt.

Sic Paulus ad
Ephes. cap.
primo: Deus
Domini no-
stri Iesu Chri-
sti: quōd in-
telligitur se-
cundum na-
turam huma-
nam Christi.

Domestis in
corpore, dum
datur locus
penitentiae,
Quarite Do-
minum, &c.

*En tua sceptrā colent peregrinā regia gentes,
Certatimq; sacros concurrent visere vultus,
Sidereos vultus, per quos certissima patris
Effigies, Dominiq; initalucet imago,
Illius Domini, Isacidum qui regna gubernat,
Teque suum Vnigenam miro insigniuit honore,
Supra omnem naturam hominum, sortemque Deorū
Euectum, & calo terrisq; Brebog, tremendum.*

*Talem igitur, quando præsens ultroque paratus
Sese offert, iam iamq; fores & limina pulsāt,
Proximus & sese mortali ostendere cœtu
Non negat, inuitate animis, linguisq; fauentes
Clarisonis: iam tempus adest, iam secula faustis
Auspiciis lucent, casta quibus omne fugandum
Mente scelus, procul impietas, procul esto rapina,
Cadesq; & diri malè suadēt pectoris æstus,
Cunctaque fanda, nefanda malo permista furore:
Hæc etenim Astraam terris pepulere, Deiq;
Iustificam nobis mentem auertere supremi.*

*7 Ergo quisq; suum ad Dominum Patremq; Deumq;
Obseruata retro relegens vestigia, sese
Securus veniæ referat; mox ille reuersum
Suscipiet, diues misereri, & parcere largus
Supplicibus, facilisq; suum posuisse furorem.*

*8 Nec verò Deus ad vestras sua robora vires
Metiri patitur, nec iisdem includere metis
Diuinam fas est hominum cum pectore mentem,
Quæ mare, quæ terras, quæ cæli continet orbes.
9 Quantum etenim centro cælum telluris ab imo
Distat (ait Dominus) quantumq; in tartara præceps
Nigra chaos procul astrifero subsidit Olympo;
Tantum ego (sed non fas conferre creata Creanti)
Vos ingens supero, sensusque enado supinos,
Terrena quàm mole diu membrisq; grauantur.*

*10 Sit scelus interea, nostris diffidere verbis,
Et dubitare nefas: nam qualis vere tepenti
Roscidus in terras non frustra iabatur humor;
Arua sed hybernīs nuper resoluta pruini
Calfacit, & sensim torpentes euocat herbas
Quæ mox in flauas segetes, robustaque farræ
Consurgant, ditentq; suos demessa colonos;
Et victum mensis, & templis liba ministrent;
Conseruentq; nauam rediuiuo semine prolem;*

11 Talis

6 Quarite Dominiū
dum inueniri potest,
inuocate cum dum
propè est.

7 Derelinquat impius
viam suam, & vir ini-
quus cogitationes suas,
& reuertatur ad Do-
minum, & miserebi-
tur ei, & ad Deū no-
strum, quoniam mul-
tus est ad ignoscen-
dum.

8 Non enim cogita-
tiones meæ, cogita-
tiones vestræ: neque
via vestra, via mea,
dicit Dominus.

9 Quia sicut exaltā-
tur cæli à terra, sic ex-
altatæ sunt viæ meæ à
viis vestris, & cogita-
tiones meæ à cogita-
tionibus vestris.

10 Et quomodo de-
scendit imber, & nix
de cælo, & illuc ultra
non reuertitur, sed in-
ebriat terram, & in-
fundit eam, & germi-
nare eam facit, & dat
semen ferenti, & pa-
nem comedenti.

11 Sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo: non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quaecunque volui, & prosperabitur in his ad quae misi illud.

12 Quia in laetitia egrediemini, & in pace deducemini: montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu.

13 Pro saliuca ascendet abies, & pro vrtica crescet myrtus: & erit Dominus nominatus in signum eternum, quod non auferetur.

Cap. 56.

1 Haec dicit Dominus, Custodite iudicium, & facite iustitiam: quia iuxta est salus mea ut veniat, & iustitia mea ut reueletur.

2 Beatus vir qui facit hoc, & filius hominis qui apprehendet istud: custodiens sabbathum ne polluat illud; custodiens manus suas ne faciat omne malum.

3 Et non dicat filius aduenae qui adheret Domino, dicens, Separatione diuidet me Dominus à populo suo. Et non dicat Eunuchus, Ecce egolum aridum.

11 Talis erit sermo, nostro qui missus ab ore Caelitus effectum, nec iam mora, compluet orbem: Roris fluens sermo, quo frigida corda calescent, Quo mollita fauos sudabunt saxa recentes: Non ille in vanum missus sine fruge redibit, Sed iussos edet generoso semine fetus, Prosper ubique, nec insanis obnoxius Austris, Nec gelido Borea, nec acuto grandinis imbri.

12 Ite meo, ite igitur freti sermone, catenisque Imperium crudelis heri fugitote refractis. Laeta etenim vobis pacataque cuncta futura Polliceor; duræ cautes, & inhospita tutum Siluarum iuga præbebunt iter; omnia plausu Latitiæque frement: tellus alma omni-ferentes Et grauidos expassa sinus, venientibus ultro Dona feret, multaque vias umbrabit & agros Abiete, quos humilis nuper saliuca tegebat, Et myrto cedit mordax vrtica virenti.

Dux autem vester Dominus deducet euntes, Sustolletque altè signum, venerabile signum, Eminus ostendens rubeo sua nomina texto Mansuris inscripta notis, quas nulla vetustas, Nulla dies unquam memori delebit ab aeo.

1 Propterea haec dicit Dominus; vos mente tenete Conditæ, nec surdis date diripienda procellis: Si nostri vos tangit amor, si cura salutis, Quæ per me cælo gratis demissa propinquat, Si iam pertæsum vita, morumque priorum, Per me, perque meam toto satis orbe probatam Testatamque fidem, per non mutabile pactum Quod populis ici sub utroque iacentibus axe, Discite iustitiam tandem, vitæque per omnes Quam brevis est actus, quidquid fera fata minentur, Rectum inconcusso mentis seruare vigore.

2 Felix o felix, quem non fortuna, nec atrox Imperium regum potuit diuellere iusto; Felix qui tenet hoc, & isdem semper inheret Consiliis, animi constans, fixusque, tenaxque: Felix, qui Domini metuens sacra sabbatha seruat, Exosusque nefas rabido cane peius & angue, Cor purum, purasque manus scelere abstinet omni, Iusque æquumque colit rigide virtutis amator. (mas, Quisquis ad hæc animum adiiciet, seu femina, seu

Loquitur de verbo promissionis sue.

Magna felicitas eorum qui Christum recipient.

Cap. 56.

Concio hæc similis predicationi Ioannis Baptistæ, cum ait, penitentiam agite &c.

Intelligit sabbathum spirituale, non Moysæum, id est, quietem à vitis.

Seu